

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Augustini in euangelium secundum Iohannem sermones
CXXIII - Cod. Aug. perg. 47**

Augustinus, Aurelius

[Reichenau ?], [14. Jh.]

Sermo LXXXVIII

[urn:nbn:de:bsz:31-64194](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-64194)

& odit quod suum est ex ea parte hominum qua sceleratis nocet. & diligit quod suum est ex ea parte hominum qua hisdem ipsis consceleratis fauet. Ergo haec omnia facient uobis propter nomen meum. uel ita dictum est. propter quod uos patimini. uel ita propter quod & ipsi faciunt. quia & hoc in uobis dum persequuntur oderunt; & addidit; quia nesciunt eum qui remisit; hoc secundum eam scientiam dictum intelligendum est. De qua & alibi scriptum est. Scite autem te sensus est consummatus; hac quippe scientia qui sciunt patrem a quo missus est xps. nullomodo persequuntur eos quos colligit xps. quia & ipsi cum eis colliguntur a xpo.

INCIPIT SERMO LXXVIII DE EO QUOD DICIT. SINON UENISSEM ET LOQUITUR SE IIS FUISSEM. USQUE AD QUOD ME ODIT ET PATREM MEUM ODIT.

Superius dixerat dñs ad discipulos suos. si me persequuti sunt & uos persequentur. si sermonem meum seruauerunt & uestrum seruabunt. sed haec omnia facient uobis propter nomen meum. quia nesciunt eum qui misit me; de quibus autem hoc dixerit. si quaeramus. inuenimus eum ad haec uerba uenisse ab eo quod dixerat. si mundus uos odit. scitote quia me priorem uobis odio habuit; nunc uero addidit. **S**inon uenissem & loquutus fuisset eis. peccatum non haberent; iudaeos ostendit expressius. De his ergo & illa dicebat. nam hoc indicat uerborum ipsa contextio; De his enim dicit. si non uenissem & loquutus eis fuisset. peccatum non haberent de quibus dicebat. si me persequuti sunt & uos persequentur. **S**ermonem meum seruauerunt & uestrum seruabunt. sed haec omnia facient uobis propter nomen meum quia nesciunt eum qui misit me; his enim uerbis & ista subiungit. si non uenissem & loquutus eis fuisset. peccatum non haberent. **J**udaei ergo persequuti sunt xpm. quod euidentissime indicat euangelium; iudaeis loquutus est xps. non aliis gentibus; in eis ergo uoluit intelligi mundum. qui odit xpm & discipulos eius. immo uero non in eis solis. sed hos quoque ad eundem mundum pertinere monstrauit. quid est ergo si non uenissem & loquutus eis fuisset. peccatum non haberent. Numquid sine peccato erant iudaei. antequam xps ad eos in carne uenisset. quis hoc uel stultissimus dixerit. sed magnum quoddam peccatum. non omne peccatum quasi sub generali nomine uult intelligi; hoc est enim peccatum quod tenentur cuncta peccata. quod unusquisque. si non habeat. dimittantur ei cuncta peccata; hoc est autem quia non crediderunt in xpm. qui propterea uenit ut credatur in eum; hoc peccatum si non uenissem. non utique haberent; aduentus quippe eius quantum credentibus;

salutaris. tantum non credentibus exitiabilis factus est. Tamquam & ipse
caput & princeps apostolorum quod de se ipsi dixerunt. extiterit quibusdam
quidem odor uitae in uitam. quidam uero odor mortis in mortem; sed quod
adiunxit atq. ait. Nunc autem excusationem non habent de peccato suo. po-
tēt mouere quierentes. utrum hi ad quos non uenit xps. nec loquutus est. ha-
beant excusationem de peccato suo; si enim non habent. cur hic dictum est
propterea istos non habere. quia uenit & loquutus est eis. si autem habent. utrū
adhoc habeant ut a poenis alienentur. an ut mitius puniantur; ad haec inquisita
pro meo capti dño donante respondeat habere illos excusationem non de om-
ni peccato suo sed de hoc peccato quo in xpm non crediderunt. ad quos non ue-
nit. & quibus non est loquutus. sed non in eos sunt numero. hi ad quos in discipu-
lis uenit & quibus per discipulos est loquutus. quod & nunc facit; nam per ec-
clesiam suam uenit ad gentes. & per ecclesiam loquitur gentibus; ad hoc enim
pertinet quod ait. qui uos recipit me recipit. & qui uos spernit me spernit.
An uultis inquit apostolus paulus experimentum accipere eius. qui in me lo-
quitur xps. Restat inquit. utrum hi qui prius quam xps in ecclesia ue-
nit & ad gentes & prius quam euangelium eius audierint. uitae huius sine pra-
euentis sunt seu praeueniuntur. possunt habere hanc excusationem; possunt
plane. sed non ideo possunt effugere damnationem. Quicumq. enim sine
lege peccauerunt. sine lege & peribunt. & qui cumq. in lege peccauerunt.
per legem iudicabuntur. quae quidem apostoli uerba. qm̄ id quod ait pe-
ribunt. terribilius sonat quam quod ait iudicabuntur. non solum nihil adiu-
uare hanc excusationem uidentur ostendere. uerum & iam plus grauari;
qui enim se quia non audierunt excusabunt. sine lege peribunt. sed utrum
hi qui cum audierint contempserunt. uel & iam resisterunt. ne tantū contra-
dicendo. sed eos a quibus audierunt odus persequendo. in eis deputandi sunt.
De quibus aliquid lenius uidetur sonuisse quod dictum est. per legem iudica-
buntur. merito quaeritur; sed si aliud est perire sine lege. aliud iudicari per
legem. & illud est grauius. hoc autem leuius. procul dubio non sunt isti in
hac poena leuioſe ponendi. quia neq. in lege peccauerunt. sed omnino legē
xpi accipere noluerunt. & eam quantum ad ipsos attinet. omnino nullā
esse uoluerunt; illi autem peccant in lege. qui sunt in lege. id est qui eam sus-
cipiunt. eamq. scām & mandatum scām & iustum & bonum fatentur. sed in
firmitate non implent quod ab ea rectissime praecipitur dubitare non possunt;
hi sunt qui aliquo modo forsitan possunt ab eorum qui sine lege sunt. perdi-
tione discerni. si tamen quod apostolus ait. per legem iudicabuntur. sic
accipiendum est. tamquam dixerit. non peribunt. quod mirum est. neq.

enim de infidelibus & fidelibus erat sermo ut hoc diceret sed de gentibus
& iudaeis. quicquid utriusque nisi in eo saluato se saluentur qui uenit quae se
quod perierit ad perditionem sine dubio pertinebunt. quamuis dici pos
sit alios grauius. alios leuius perituros. id est alios grauios. alios leuios poe
nas in sua perditione passuros. ille enim per se dō dicitur quisquis ab illa bea
titudine quam dat scīs suis. per supplicium separatur. tanta est autem sup
pliciorum. quanta est diuersitas peccatorum. quae quomodo se habent. al
tus enim iudicat sapientia diuina. quam coniectura scrutatur aut effatur
humana. Esti certe ad quos uenit & quibus loquutus est xps. non habent
de magno infidelitatis peccato illam excusationem qua possint dicere. non
uidimus. non audiimus. siue non acceptarunt ista excusatio ab illo cuius
inscrutabilia sunt iudicia. siue acceptarunt. & si non ut ab omni damnatione
liberarentur. certe ut aliquanto lenius damnarentur. qui me odit inquit.
& patrem meum odit; hic nobis fortasse dicitur. quis potest odisse quem
nescit? utiq. antequam diceret. si non uenisset & loquutus eis fuisset. pec
catum non haberent. Dixerat discipulis suis; haec facient uobis. quia nesci
unt eum qui misit me. Quomodo ergo nesciunt & oderunt. si enim quod
non est ipse. sed nescio quid de illo aliud opinantur. non utiq. ipsum sed illud
inueniuntur odisse quod fingunt. aut errando potius suspicantur. & tamen
nisi possent homines odisse quod nesciunt. non ueritas utrumq. dixisset. qd
eius patrem & nesciunt & oderunt; sed quomodo id fieri possit si adiuuante
dño per nos demonstrari potest. quia haec disputatio est iam claudenda.
nunc non potest.

INCIPIT SERMO XC. DE EADEM RE.

Audistis dñm dicentem. qui me odit & patrem meum odit. qui superius
dixerat: haec facient uobis. quia nesciunt eum qui misit me; non itaq.
dissimulanda nascitur quaestio. quomodo possint odisse quem nesciunt.
si enim dñm non quod est ipse. sed nescio quid aliud eum suspicantur aut
credunt. & hoc oderunt utiq. non ipsum oderunt. sed quod sua mendaci
suspensione uel uana credulitate concipiunt. si autem quod est. hoc de
illo sentiant. quomodo eum nescire dicuntur? & de hominibus quidem
fieri potest. ut eos sepe quos numquam uidimus diligamus. ac per hoc nec
illud a contrario impossibile est. ut eos quos numquam uidimus oderimus.
fama quippe aliquo sermone ante seu bene seu male. fit non in merito
ut amemus uel oderimus ignotum; sed si fama sit uerax. quomodo est
de quo uera didicimus dicendus ignotus. an quia eius faciem non uidi
mus. quam cum & ipse non uideat. nulli tamen potest notior esse quam